



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 9. Circa Essentiam, & causas suspensionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Seçtio II. De Suspensione Dubia. 271

exercita, & similia, quæ Iudicis arbitrio tali pœna sunt digna. Effectus huius degradationis, quæ non semper eam comitatur, est,

Curæ sæculari traditio. Molina to. 4. disp. 94. tract. 3. num. 14. Sa verb. Deposito, nu. 2. Syluest. ibi, quæst. 2.

SECTIO SECVNDA.

De Suspensione, Dubia.

CAPVT IX.

Circa essentiam, & causas Suspensionis.

DVBIVM I.

Sab nomine persone Ecclesiastica comprehenditur femina Religiosa, cui iurisdicção spiritualis commissã est?

VIDIMVS section. 1. Suspensionem esse Censuram Ecclesiasticam, qua Minister Ecclesiæ formaliter impeditur, ne functiones Ecclesiasticas exerceat, aliquãve potestate utatur. Quæstio autem, num sub *persona Ecclesiastica* nomine comprehendatur femina Religiosa, cui iurisdicção spiritualis commissã est, nempe Abbatisa, ac Priorissa?

Comprehenditur quidem. Quia hæc possunt suspendi ab officio propria suspensione. Nam esto Clerici non sint, sunt personæ Ecclesiasticæ iurisdictionis capaces. Sic Nauarr. *sum. cap. 27. num. 151. & 158. Henriquez libr. 13. c. 31. num. 2. Filliucius titul. de suspens. cap. 9. Indicat Layman. lib. 1. tract. 5. part. 3. c. 1. numer. 2.*

Non comprehenditur. Quia solum Clerici sunt officii, ac beneficii Ecclesiastici capaces, eiusque functiones exercendi. Ita Valent. *tom. 4. d. 7. q. 18. pun. 1. Coninch d. 15. dub. 2. n. 2. Sayr. l. 4. thes. c. 1. n. 16. Suar. de Cens. d. 25. sect. 1. nu. 5. & alii communiter.*

Hoc longe probabilius. Nam iurisdicção, quæ Abbatisis, ac Priorissis commissã est, non est propriè Ecclesiastica, cum non ex Ecclesiastico Ordine proveniat. Alias suspensionem ab officio violantes, irregularitatem incurrerent, quæ transgressoribus suspensionis ab officio indicta est. *l. 3. cui de sentent. excomm. in 6. & c. 1. de sent. & r. ind. eodem lib.*

Escob & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

DVBIVM II.

Qui Suspensionem fert, debetne necessario, esse Clericus?

Conditiones requisitæ in ferente suspensionem, sunt eadem, quæ pro ferenda excommunicatione requiruntur. Quæstio. rim ad hæc, num necessario debeat esse Clericus?

Non debet. Quia Abbatisa, ac Priorissa potest suspendere Clericos sibi subditos. Argum. c. *Dilecta*, de *majorit. & obedient.* Ergo necessarium non est Clericum esse, qui fert suspensionem. Sic Syluest. verbo *Abbatisa*, & verbo *Suspensio*, num. 1. Henriquez libr. 13. cap. 35. numer. 1.

Debet necessario à Clerico ferri. Quia est actus iurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ solum Clericis potest convenire. Ita Gloss. ad c. *Dilecta*, verbo *iurisdictionem*. Innocent. & Abbas ibi. Vivald. *tr. de susp. n. 161. Sayr. l. 4. thes. c. 2. n. 9. & alii communiter.*

DVBIVM III.

Persona, in quam suspensio ferenda est, debetne necessario esse Clericus?

Non debet necessario Clericus esse. Quia in Extravag. *De censib. inter communes*, & alibi suspenduntur laici à communione Eucharistiae. Et quia suspensio priuat non solum exercitio Ordinis iam obtenti, sed & obtinendi: & suspensio à beneficio priuat beneficii fructibus non solum obtentis, sed etiam obtinendis. Ergo quoad effectum, scilicet, beneficii consecutionem, & Ordinis receptionem poterit laicus suspendi: siquidem priuat potest, ne beneficium consequatur, nève Ordines recipiat. Sic nonnulli docti quidem Theologi.

Necessario debet Clericus esse. Quia cum suspensio versari debeat necessario circa officium, vel beneficium Ecclesiasticum, quorum laici incapaces existunt, efficitur, in solos Clericos suspensionem ferri posse. Ita Glossa ad c. *Quicumque*, v. *Ministros*, de *sent. excomm. in 6.* Innocent. ad c. *ultim. de excess. Prælator.* Abbas ad cap. *Dura sapes*, num. 10. de *crimi. falsi.* Nauarr. *sum. c. 27. à n. 150. Auila p. 3. disp. 4. dub. 2. conclusio. 2.*

A 2 2 alusio. 2.

clufion. 2. Suarius *disputation. 28. section. 2. num. 1.*
& alii.

⁴⁷ *Hoc unice* in Extraug. citata laici ab Eucharistiae communione suspenduntur, non fertur ibi suspensio propria, sed est quaedam pars excommunicationis maioris, quae passivo usu Sacramentorum priuat. Addo, suspensionem per se non priuare beneficio, vel ordine acquirendo: sed consecratione quadam, quatenus ex priuatione usus Ordinis habiti nascitur priuatio in vltiori Ordinem ascendendi. Praeterea insignitas prima tonsura capax est Ordinis, ac beneficij recipiendi, ac proinde ab illis suspendi potest. Secus ante receptionem primae tonsurae, cum illorum incapax existat.

DVBIVM IV.

Sub decreto generalis Suspensionis comprehendunturne Episcopi electi, & confirmati, sed nondum consecrati?

⁴⁸ *Nonnulla* *suppono.* EX Clericis quilibet, quacumque praefulgeat dignitate, potest suspendi. Sub decreto autem generalis suspensionis Episcopi non comprehenduntur, nisi de ipsis expressa mentio fiat. c. Quia periculosum, de sentent. excomm. in 6. Quaelio igitur est, num Episcopi electi, & confirmati, sed nondum consecrati sub generalis Suspensionis decreto comprehenduntur?

⁴⁹ *Comprehenduntur.* Comprehenduntur. Quia nemo dici potest Episcopus proprie quousque consecratus sit: sicut nec Sacerdos, quousque Presbyteratus ordine sit insignitus, tamen ad Presbyteratum fuerit approbatus. Et quid eis non coepit Episcopale munus exercere, quae fuit ratio eximendi Episcopos a sententia generali suspensionis, & interdicti. Sic nonnulli, quorum sententiam probabilem esse innuit Palao de Cens. d. 4. pun. 2. num. 5.

⁵⁰ *Non comprehenduntur.* Non comprehenduntur sub generalis suspensionis decreto. Quia alia privilegia concessa Episcopis, ad confirmatum, & non consecratum extenduntur, v. g. privilegium de eligendo Confessore. c. ult. de pen. & remiss. & privilegium Altaris viatici. c. fin. de priuil. in 6. Praeterquam quod privilegia concessa a Principe, & maxime in iure communi inserta, late sunt interpretanda. Ita Suar. d. 28. sect. 2. n. 7. Laym. l. 1. rr. 5. p. 3. c. 2. Henriquez l. 13. c. 34. n. 2. Hurtado de suspens. diff. 5. num. 23. Sayrus lib. 4. c. 12. num. 1. & sequent.

⁵¹ *Longe hoc verius.* Hoc longe verius esse non dubito. Nam illa ratio exercendi Episcopale officium solum fuit motiua, & impulsiva ad privilegij concessionem, non tamen fuit adaequata, & finalis concessionis. Haec enim causa praecipua est dignitas Episcopalis, qua gaudet Episcopus nondum consecratus. Argu. c. Si compromissarium, de elect. in 6. ubi in sententia generali suspensionis a beneficio tantum, non comprehenditur Episcopus, esto, per illam suspensionem non priuatur ab Episcopalis officij executione.

DVBIVM V.

An Religiosi comprehendantur sub generali Suspensione aduersus Clericos lata?

Certum est, si prima tonsura initiati non sint, minime comprehendendi. Quia non sunt Clerici, etsi aliquo modo personae Ecclesiasticae nuncupentur, iuxta c. Duo sunt, quatt. 1. ideoque in Clement. de vita, & honestat. Cler. distinguuntur Clerici a Religiosis. Quid si prima sint tonsura initiati? Comprehenduntur sub suspensione generaliter contra Clericos lata?

Non comprehenduntur. Quia dum in decreto non fit specialis de Religiosis mentio, non videtur Religiosos afficere: nomen enim Clerici in iure a seculo communitate secularibus Ecclesiasticis, non Regularibus accomodari. Sic nonnulli Doctores, quos pressio nomine memorat Palao de Cens. d. 4. pun. 2. n. 6. & probabile indicat.

Comprehenduntur quidem. Quia nomen Clerici indifferens est ad saeculares, & Religiosos, ut constat ex Clement. citata, ibi: Saeculares, Clerici, & Religiosi. Ita Suar. tom. 5. d. 28. sect. 2. n. 9. Castro Palao citatur.

Hoc longe verius esse iudico. Quia Religiosi prima tonsura initiati, Clerici sunt, ideoque nulla efficax sese mihi offert ratio, cur non debeant in generali aduersus Clericos suspensione comprehendi.

DVBIVM VI.

An ob alienam culpam possit aduersam te suspensio ferri?

Potest ferri. Quia Communitate suspensa ab officio, vel beneficio, singulares personae etiam inculpabiles suspenduntur: sicut interdicta communitate, innocentes assolent interdicti. Et quia in c. Vel non est compos 14. de tempor. ordinan. puer ordinatus Diaconatu anno aetatis suae 13. suspenditur ab officio Diaconi usque ad legitimam aetatem non ob propriam culpam, sed in iniuriam ordinantis. Sic aliqui, quos pressis nominibus refert Castro Palao de Censur. disputation. 4. punct. 3. numero 10.

Ferri non potest. Quia in c. Satis peruersum, 56. & in c. 2. de constitutionib. dicitur, Rem, quae culpa caret, in damnum vacare non conuenit. Et in c. de iis, quae sunt a maiori parte Capituli, sic: Peccata suos auctores tenere debent, neque poena est ulterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedere: quia iniuriam est, innocentem poenas nocenti debitas sustinere. Ita Coninch. diffut. 15. dub. 3. Nauar. summ. c. 27. num. 151. Henriquez lib. 13. c. 34. n. 1. Suarius d. 28. sect. 4. n. 3. Auila p. 3. d. 3. dub. 2. concl. 2. Sanchez lib. 9. d. 12. num. 9. Loya-man. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 9. Hurtado de diff. c. ult. 9.

Secl. II. De Suspensione. Dubia. 283

57 *Communiter*
hanc senten-
tiam am-
pliat.
A communi sententia affirmante, suspen-
sionem, quæ proprie pœna est priuans iure
quæsito proprio, nullatenus contrahi ob cul-
pam alienam, sed ob propriam, non rece-
dam. Concedo enim, suspensa communita-
te, tam nocentes, quam innocentes illius
suspendi: sed non quoad se, & secundum mu-
nus, quod singuli, vt personæ particulares
exercere possunt; sed tantum quoad actiones
totius communis, quæ deliquit, & ipsi
sunt membra. Quod non est, singulares com-
munitatis personas puniri, sed communita-
tem ipsam delinquentem. Porro suspensio illa
puri ante legitimam ætatem ordinati non est
proprie pœna aut Censura, sed quædam prohi-
bitio, quæ ad irregularitatem reducitur ob im-
proportionem, & inhabilitatem, quam quis
habet cum officio ordinis exercendo ante æta-
tem legitimam, cuius decentia, ac reuerentia
in illa prohibitione consulitur.

DUBIVM VII.


An ob culpam suspensio possit in-
ungi?

58 *Potes- qui-*
dem.
Potes per culpam venialem inungi. Quia
hæc sufficit ad excommunicationem mino-
rem incurrendam, quæ quidem grauior pœna
esse videtur, quam suspensio, cum priuet maio-
ribus bonis, hoc est Sacramentorum vtu, & re-
ceptione. Sic Caietanus verbo *Suspensio*. Ar-
milla verbo *Eodem*, in principio. Nauarr. *summa*
capite 27. numero 151. 159. & 165. Medina
libro primo, summa capite vndecimo, Paragra-
pho octauo. Henriquez *libro decimo tertio, capite*
trigesimo quarto, numero primo, Auila parte
tertia, disputatione tercia, dubio tertio, conclusio-
ne prima.

59 *Non potest.*
Non potest, si de suspensione loquamur, vt
communiter fertur. Quia suspensio ex se graue
malum est, ideoque grauem culpam supponit.
Ita Sotus in 4. dist. 2. q. 3. a. 1. Suarius d. 28. sect.
4. n. 6. Valquez 1. 2. d. 5. n. 49. Coninch. d. 15.
dub. 3. concl. 2. n. 24. Hurtado hic, diff. 7. n. 19.
Layman. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 3. Sanchez 1. 2. d. 32. n. 9.
& alii.

60 *Pro defen-*
da, commu-
niter loquē-
da.
Existimo probabilius esse, huiusmodi sus-
pensionem, (id est, vt communiter ferri assolet)
neque à iudice ob leuem culpam infligi, ne-
que in iure impositam esse. Fateor, excom-
municationem minorem bonis excellentiori-
bus priuare. At illa priuatio facile tolli potest,
cum quilibet Sacerdos valeat absolutionem il-
lius impertire: quod in suspensione non pro-
cedit: vnde hoc ex capite grauior pœna esse
videtur. Notanter autem dixi *Communiter*; nam
aliquam suspensionem ad modicum tempus
probabile esse, à Indice ferri posse ob
leue piaculum, vt Sancius, Hur-
tado, & Layman. locis
citatis annotaue-
runt.

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.



CAPVT X.

Circa Suspensionis effectus.

DUBIVM VIII.

Suspensus absolute ab officio potestne
ad beneficium eligi
licite?



TEST quidem. Quia c. *Vel nō*
est compos, de temporib. ordinand. Potest qui-
dem. *Potest qui-*
dem. *dem.*
præscribitur, de beneficio Ec-
clesiastico provideri ordinato
ante legitimam ætatem. Sic
Galp. Hurtad. de *suspens. diff. 4. n. 8.*

Minime potest. Quia beneficium datur
propter officium. cap. *final. de rescript. in 6.* Er-
go impedito exercere officium, merito benefi-
cium denegatur. Ita Coninch *disp. 15. dubio 2.*
conclus. 3. Layman. *lib. 1. tract. 5. par. 3. c. p. 1. n. 3.*
Henric. l. 1. c. 2. n. 3. Auila *part. 3. disp. 2. dub. 1.*
conclus. 5.

Merito hi Doctores censent illicite prædi-
cto suspensio etiam tolerato beneficium Eccle-
siasticum conferri. Non enim obest textus in
cap. *Vel non est compos.* Quia illa non est pro-
pria suspensio, sed prohibitio, & præceptum,
ne ante legitimam ætatem Ordinem rece-
ptum exerceat. Et casu, quo suspensio propria
esset, non est suspensio absoluta, sed pro deter-
minato tempore, ideoque non impedit benefi-
cij collationem, cuius officium illo tempo-
re suspensionis non est necessario exer-
cendum.

DUBIVM IX.

Beneficij collatio facta suspensio estne irri-
ta ipso iure?

IRrita non est, sed irritanda, Quia nullus est
textus, ex quo irritatio ipso iure colligi pos-
sit. Sic Abbas ad cap. *Vel non est compos, num. 4.*
de temporib. ordinand. Hurtado de *suspens. diff.*
4. num. 8. Layman. *lib. 1. tract. 5. p. 3. c. 1. numer. 4.*
Suarius *disp. 26. sect. 3. num. 8.* Coninch. *disp. 15.*
dub. 2. concl. 3.

Irrita ipso iure est. Quia Cap. *Cum bona me-*
moria, de etate, & qualis. respondet Pontifex de
iis, qui durante suspensione beneficia conse-
quuti sunt, non licere ea retinere. Præcipitque
illos prædictis beneficiis spoliari. Signum ergo
est, collationem irritam fuisse. Ita Gloss. ad cap.
Cum bona. verb. Suspens. & ad c. *Cum dilectus,*
verb. Cessantibus, & ad c. *De inquisitione, de*
elect. Lessi. Nauarr. Flamin. & alii plurimi, quos
refert, & sequitur Nicolaus Garcia de *benefic.*
part. 7. c. 14. a. num. 1. Bonacin. *tom. 3. de Censur.*
d. 3. punct. 2.

Cum his probabilis opinor. Nam si colla-
tio beneficij irrita non esset, licite illi ea bene-

A a 3 ficia

61
Potest qui-
dem.

62
Non potest.

63
Hanc præ-
fero senten-
tiam.

64
Non est ir-
rita ipso iu-
re.

65
Irrita ipso
iure est.

Cum his
probabilis
opinor.